



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Librum IV. Decretalium, per viginti, & unum Titulos distributum, De Sponsalibus, Et Matrimoniiis, eorumque impedimentis, ac dispensationibus,

...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1702

Articulus VI. De supplicatione pro impetrandi dispensatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73058](#)

periculo vitæ, &c. de quibus à num. 2070.
V. Sanchez l. 8. hic d. 19. à num. 9. Dixi,
si contraxerunt in gradu prohibito. Nam
si nullum subsit impedimentum dirimens,
dispensatione non eget; cum possint sup-
plere defectum, si opus foret, natum ex
clandestinitate. Dixi. 2. & consummatum.
Nam in tali casu, potentes dispensatio-
nem, deberent explicare, an scientes
*impedimentum contraxerint? an consum-
maverint hoc titulo facilitandi dispensa-
tionem?* quo casu urgentiores causas re-
quiruntur, ut jam supra expositum est.

Not. 2. difficultatem dispensandi na-
scentem ex eo, quod culpabiliter omissis
denuntiationibus Oratores contraxerint
in grada prohibito, à quibusdam intelli-
gi de matrimonio sic contracto cum quo-
cunque impedimentou dirimenter, ut dixi-
mus à n. 750. probabilius tamen est, in-
telligi solūm de gradib⁹ consanguinitatis,
& affinitatis ex n. jame.

§. XVI.

*An, & qualiter dispensari posse in im-
pedimento ex raptu?*

2188. Loquimur de Raptu mulieris, in quantum jure Canonico praestat impedimentum dirimens matrimonium Raptoris cum Raptis, de quo num. 507. vix autem contingit, quod *in solo hoc impedimento*, aut queratur, aut detinur dispensatio. Nam si Raptis sit invita, & nolit, dum est sub Raptoris potestate, non proderit Raptori dispensatio; si autem Raptis est volens, dispenstatione non eget, quia tunc Raptus ei non praestat impedimentum ex dictis suprà, ubi contraheret constituta extra Raptoris potestatem. Quia tamen definitio Concilij Tridentini (ut habetur ex dictis num. 507.) constat, à Raptore incurri hoc impedimentum ex vero Rapti invita, ac durare, donec Raptis sit in loco tuto extra ejus potestatem; mulier tamen ob alia pericula extrinseca dimitti non possit ab illo, & de primitus invita, fiat volens, & omnino libenter ei nubat, sed ob durans impedimentum non possit, evenire poterit casus, ubi solus Raptus obfiteret, & dispenstatione sit locus, utique dandæ ob iustas causas, si casus, ut ponitur, ita se habeat, & in supplicatione exponatur. Si autem contingat, quod Raptor, & raptis,

laboreto alio impedimento, pro cuius di-
spensatione supplicant, non tantum im-
pedimentum illud exprimi debet; sed et-
iam Raptus, & quidem cum omnibus
suis qualitatibus, & circumstantijs, nim-
rum, an fuerit factus causâ matrimonij
an tantum causâ libidinis, vel facilis im-
petrandi dispensationem? sic de iustis cit.
l. 1. c. 4. ex P. Sanchez l. 8. hic d. 2. n. 19.

Not. autem. 1. juxta Regulam 49. Can-
cellaria Apofolica constitutum esse, quod
in litteris dispensationum super aliquo gra-
du affinitatis, vel consanguinitatis, aut
alijs prohibito, semper apponatur clau-
sula: *dummodo dicta mulier, propter ha-
raptam non fuerit;* & si non fuerit in lit-
teris mandati apposita, semper tamen sub-
intelligatur de stylo Curiae. Quare si
fuerit omissa, si Executor deprehendere
ret intervenisse raptum, non posset ma-
datum dispensationis exequi (nam condi-
cio: *dummodo raptam non fuerit*, non ful-
sister) sed opus foret novis litteris Pan-
in forma *perinde valere*, exposito toto
cto, prout se res habuit, de quo V. de
stis l. 2. c. 8. a. n. 34.

Not. 2. illam clausulam verificari, mo-
dò *Raptus* non intervenerit cum his qual-
itatibus, quæ in eo desiderantur, ut juxta
Concilium constitutus impedimentum di-
rimens; ad quod, ut diximus loc. cit. re-
quiritur, quod factus sit *causa matrimo-
ni⁹*. Nam Raptus ex causâ libidinis ex-
plende, vel alio fine, *quam matrimo-
ni⁹ contrahendi*, non comprehenditur
decreto Concilij, raptui statuens vim
matrimonij diremptivam, ut diximus n.
cit. ita Sanchez l. 2. hic d. 13. n. 4. & 14.
& alij cum Barbosa ad c. 6. Trid. sess. 24. II.
Reform. matr. c. 6. Corradus. lib. 7. c. 6.
num. 48 &c.

ARTICULUS VI.

*De supplicatione pro impetranda di-
spensatione.*

Cum apud Cismontanos, stylus Cis-
montanus, propter rerum futurum varietatem, &
non raram mutationem, in modo, &
qualitatibus impedimentorum, pro que-
rum dispensatione supplicandum est, ac
exponendis, raro plene cognitus fit; ac
ob inde frequenter Oratores, aut suspen-
dantur,

dantur, aut ambiguū redditur etiam ipsi delegati ad exequendum dispensationis mandatum; vel ubi executi sunt, denuo dubitatione subortā prō novis lit- teris, saltem in forma perinde valere supplicandum sit: communiter his, & similibus suaderetur, ut arborem consanguinitatis, vel affinitatis ritē conficiant, vel confici carent, ac. i. nomina Oratorum, seu supplicantum signatē, cum cuiusque diceccisi, ex qua orti, aut oriundi sunt, 2. desiderium suum, nimirum incundi matrimoniorum ob causas N. N. 3. impedimentum, quod obstat, cum omnibus suis qualitatibus intrinsecis sincere, ac clare in supplicatione sua expōnunt; ac demum rogent, ut non obstante tali impedimento, de gratia summi Pontificis matrimonium in facie Ecclesie contrahere, aut si jam contractum est, revalidare, prout oportet, liberē valeant. Ut autem hæc ritē fiant, virum in his peritum adeant, ac ei totum negotium committant, vel per se, vel Paforem proprium, aut alium eorum bono studere, ac op̄i eſſe cupientem. Di-

xi. 1. exprimenda eſſe. 1. nomina Oratorum cum cuiusque diæcſi v. g. Beatissime Pater. Exponitur humiliter Sanctitati Veſtre pro parte devotorum illius. Oratorum N. & N. v. g. Joannis Cornelij, & Francisci Berte, diæcſis Viennensis.

Circa quod not. 1. quando exponitur nomen Oratoris, communiter apponi ejus conditionem, quod sit Laicus, ne patetur eſſe in sacris, vel regularis, statu per fraudem dissimulato. v. g. Exponitur ex parte Oratorum, Joannis Cornelij Laici, &c. 2. qualitate nobilis, aut illibris sanguinis, non eſſe de necessitate exponendam, nisi cum Oratores extitul, seu ex ea etiam causa, intendente movere Pontificem ad dispensandum, v. g. Joannis Cornelij Laici, & Francisci Berte, qui de nobili prosapia procreari existunt, &c. in quo tamen observanda dicta à n. 2108.

Not. 2. quoad diæcſim obſervandum, 1. utriusque diæcſim exponendam, si sint ex diversi diæcſibus. 2. exprimendam diæcſim originis propter dicenda n. 2106, quia mandatum, ex ſtylo, communiter dirigitur ad Ordinarium Originis oratricis; niſi Oratores ſpecialiter pe-

Tom. IV.

tant, & ſupplicant, ut committatur ordinario domiciliū v. g. ex parte Joannis Cornelij Laici, Viennensis, & Francisci Berte, Salisburgensis diæcſis.

Not. 3. Præter diæcſim Oratorum 2194. non exigi etiam expreſſionem loci, ex quo ſunt, niſi quando cauſa diſpensandi allegatur anguſtia loci, ut dictum eſt n. 2082. & tunc nominari debet locus Originis, juxta num. 2704. quamvis alij putent ſufficere locum domiciliū ex eod. n. v. g. Exponitur ex parte Cornelij Laici, ex oppido N. Viennensis, & Berte oriunda, vel orta ex oppido v. g. Burghusio Salisburgensis diæcſis, quod, cum dicta oratrix, in dicto loco, propter illius anguſtiā, virum non impeditum, paris conditionis, cui nubere poſſit, invenire nequeat. Ubi nota quod si Oratores extra ſuas Originis diæcſes domiciliū habeant, & contrahere velint, adhuc mandatum diſpensationis committetur Ordinario oratricis: nimirum Salisburgensi, niſi expreſſe ſupplicant, ut dirigatur ad Ordinarium ſuī domiciliū, ut dictum eſt n. 2193.

Dixi. 2. desiderium ineundi matrimonium cum cauſis ad dandam in impedimento, quod ſubeft, diſpensationem ſufficientibus v. g. Exponitur pro parte Oratorum, &c. ut ſupra. quod, cum dicta oratrix dotem habeat minus competentem, & juxta ſtatū ſuī conditionem, cum qua virum paris conditionis, cui nubere poſſit, invenire nequeat, cupiunt matrimonialiter copulari. Ex quo habetur, qualiter exponi debeat cauſa, ſi allegetur anguſtia loci, de qua num. 2082. & ſeqq. vel incompetencia dotis, de qua num. 2087. ſi autem ea cauſa, qua petitur ex anguſtia loci, deberet exponi cum clauſula, & ſi extra, de qua num. 2080. proponitur ut ſupra: quod, cum dicta oratrix, in dicto loco, propter illius anguſtiā virum paris conditionis, cui nubere poſſit, invenire nequeat; & ſi extra dictum locum nubere cogeretur, doſ, quam ipſa habet, non eſſet competens, & ſufficientis, ut cum ea virum, ut ſupra.

Qualiter exponi debeat cauſa, ſi allegetur incompetencia dotis cum anguſtia loci, dictum eſt ſupra n. 2071. ſi cum clauſula, & ſi extra, n. 2087. ſi cum anguſtia locum corum.

Y y 2

corum. n. 2077. si denique cum augmentatione, n. 2091. tunc enim dicitur: quod cum dicta oratrix dotem minus competentem habeat, juxta statutum sui conditionem, cum quae virum non impeditum paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, & dictus orator illam, cum dicta minus competente dote in uxorem ducere; illiusque dotem, usque ad quantitatem, secundum dictam oratricis qualitatem, competenter auge intendat &c. Idem est, si oratrix sit indotata, de quo casu dictum est n. 2093.

2197. Si autem allegaretur, quod oratrix habeat quidem dotem de se sufficientem, sed libris involutam (ut diximus n. 2091.) & orator impeditus posset, & vellet eam juvare, si ex dispensatione illam ducere posset, exponi solet: quod, cum dicta oratrix dotem habeat, sed libris involutam, & dictus orator, qui ad eam prosequendam habilis existit, illam in uxorem ducere, litesque hujusmodi in se suscipere, defendere, ac propriis expensis prosequi intendat &c. & sic de alijs causis, de quibus supra.

2198. Dixi, 3. exponentium impedimentum obstat *cum qualitatibus intrinsecis*. v. g. sed quis quartus c. g. consanguinitatis gradu conjuncti sunt desiderium suum hac in parte adimplere non possunt, absque sedis Apostolicæ dispensatione: circa quod not. 1. per qualitates *intrinsecas* hic intelligi ea omnia, quæ supra de singulis diximus esse necessario explicanda, cum dispensatio petitur in tali impedimento; ut est *linea, gradus, provenientia, impedimentorum pluralitas, omissione culpabilis denuntiationum, si matrimonium nulliter, & cum scientia impedimenti contractum est* &c. de quibus omnibus jam actum est à n. 2071. Ex quo vides aliud esse, cum dispensatio petitur *ad contrahendum*; aliud, *ad nulliter contractum revalidandum*.

2199. Quoad hæc not. 1. in supplicatione, ubi de causis nihil specificè exponitur, sed solum in genere, juxta dicta n. 1105. rem fici proponi: quod ipsi, qui ex honestis familias existunt, ex certis rationabilibus causis, animos eorum moventibus, cupiant matrimonialiter copulari: sed quia obstat hæc impedimentum, ut supra.

2200. Not. 2. quando *ad contrahendum* oratores dispensari cupiunt, & inter eos habita est copula, præter impedimentum, exponendam etiam copulam, sed tunc so-

luta si allegatur pro causa motiva dispensationis; vel, si spe hoc titulo facilis extorquendi dispensationem, ut diximus superius; secus non esse necessariam eam mentionem ex dictis à n. 1166. Et in prius quidem casu, si scientes impedimentum copulam habuerunt, sed fine intentionis facilius obtaindū dispensationem, si exponi solet, quod, ipsis alias scientibus, v. g. tertio consanguinitatis gradu coniugatos, orator, non quidem peccandi datae, ut crimen admissum causa fortis, sed sedem Apostolicam, ad misericordiam, & gratiam erga ipsos, faciliore reddendi: sed solum venanā libido videtur cognovit.

Et post hoc subiungitur: Cum autem nisi matrimonium inter dictos oratores contrahatur, gravia mala sequuntur, de quibus à n. 2096. v. g. dicta mulier famata, & innupta remaneret, grava que exinde scandala (ut n. cit.) possunt verosimiliter oriiri, cupiunt, ut supra à 2196. &c.

Si queraras, qualiter dicendum, quoniam copulam habuerunt, ambo ignorantes in impedimentum? R. tali casu exponentum quod ipsis alias ignorantibus impedimentum (v. g. se taliter conjunctos esse), tantum unus ignoravit, sic: quid matrice v. g. ignorante, se illi conjunctam, canonice impeditam. Si scientes impedimentum contraxerunt, & consummaverint, non quidem, ut &c. sicut supra; & subiungitur cum autem, si divortium inter eos fieri, gravia exinde scandala, ut supra n. 2096. & seqq.

Ubi not. quod in dato casu etiam adducatur, an contraxerint, *satis, vel omnis denuntiationibus*, v. g. si contraxerint scientes impedimentum omisso denuntiationibus, sic, quod ipsi, alias scientibus, impeditos, matrimonii clandestini contraxerunt, & consummaverunt; vel, si non clandestini, & ignorantes, se impeditos, quod ipsis alias ignorantibus se impeditos, justa formam CC. Trid. publicè contraxerunt, & consummaverunt: sed quia &c. cupiunt &c. ut supra. Corradus 1.7. c. 4. n. 5. ad dictum, simul explicandum, an (pol) quam ignor-

ignorantes impedimentum, contraxerunt, & consummárint) *drecto impedimento in copula perseveraverint, vel abstine-*
rint? sed de hoc casu jam dictum est, an
 & quando copula de necessitate expo-
 nenda sit? Denique si copula in casu,
 de quo n. 2200. fuisset ex intentione co-
 ipso titulo dispensationem evincendi, ex-
 plicari deberet hoc ipso per oppositum his,
 quæ diximus n. jam cit. motiva, cætero-
 quin sufficientia extra hanc circumstanti-
 am, graviora esse deberent, ut ad conce-
 dandam gratiam flecant Pontificem, si
 spes illa talis fuit, prout ad hoc requiri-
 tur, ut incurritur *pena carendi* *per dispen-*
sationem, ut dictum est in premillis.

Dixi. 4. *rogent demum gratiam dispen-*
sationis v. g. supplicant igitur Sanctitatî
retra Oratores prefati, qui tenuis cum eis-
dem oratoribus, quod impedimento v. g.
quarti consanguinitatis gradus hujusmodi
non obstante, matrimonium juxta formam
CC. Trid. contrahere, in facie Ecclesie so-
lennizare, ac in eo postmodum liberè & li-
cite valeant, dispensare dignemini, cum
clausulis consuetis.

ARTICULUS VII.

De Executione mandati dispen-
 sationis.

Cum ex dictis constet, dispensationem
 frequenter concedi in forma solum com-
 missaria, ministrum mandando alteri, ut
 cum oratoribus dispenset, si repererit, pre-
 cies veritate nisi, hoc est, rem ita se habe-
 re, prout Pontifici proposita est à suppli-
 cando tam quoad ipsum impedimen-
 tum, quam quoad causas in libello allega-
 tus, que causa mandato inseri solent cum
 certis clausulis; breviter exponentum ve-
 nit, que in ejusmodi mandati executione
 comprimitur de necessitate observanda sint
 ad hanc functionem delegatis. Hinc sit

§. I.

An delegatus possit exequi mandatum in-
 scriptum Ordinario sponsi?

Questio est, an, si dispensandi forent
 ex diversa diœcesi, & mandatum dispen-
 sationis inscriptum esset Ordinario, seu

Diœcesano Oratoris, is possit mandatum
 exequi? affirmative dicendum videtur ex
 P. Sanchez l. 8. matr. D. 35. n. 5. dicentis,
 quod, licet oratores sint ex diversa diœcesi,
 non sit opus in precibus dispensationis ex-
 plicare utriusque diœcesim, sed sat esse
 dicendo alterutrius. Nam hoc stante, si
 diœcesis oratoris expressa est, & huic man-
 datum inscribatur, non potest non recte
 presumi, intentionem mandantis ferri ad
 Ordinarium in litteris expressum; cum
 nequeat restringi ad aliū non expressum,
 qui non est de necessitate exprimendus:
 sed contrarium tradit Corradus l. 7. c. 5.
 à n. 26. docens, esse de notorio stylo Da-
 tariae, & Cancelleriae necessarium, ut, cum
 sunt ex diversis Diœcessibus, utriusque ex-
 primatur, eò, quod intentio committentis
 delegato potestatem dispensandi de cer-
 to Curie stylo feratur in Ordinarium ora-
 tricis, & ideo in clausulis supplicationis ap-
 ponit: & committatur ordinario oratricis,
 qui deposita &c. dispenset. Unde in fine
 ejusdem num. addit, quod Executor, si
 hujusmodi stylum ignoret, perperam illas
 litteras exequetur.

Quæstio est 2. quid agendum, cum erat
 ratur in diœcesi, cuius erat, pro quo im-
 petratur dispensatio? ut si dictum esset,
 oratores esse Diœcesis Salmantinae, cum sint
 Cordubensis, ac proinde commissio facta
 est Officiali Salamantino? Diana in tract.
 de Legib. resolut. 36. ait, adhuc valitaram
 dispensationem factam ab Officiali Salamantino;
 quia non deficit intentio Papæ,
 ut solus potentis Ordinarius dispenset: San-
 chez autem l. 8. hic D. 21. n. 39. & ex illo
 Corradus l. 7. c. 5. n. 29. docent, non posse
 officialem Salamantinum hanc dispen-
 sationem exequi. 1. quod deficit intentio
 Papæ committentis, quæ est, committere
 legitimo Ordinario impetrantis, juxta id,
 quod prescriptum est in Trid. sess. 22. de
 reform. c. 5. ibi: dispensationes, quacunque
 auctoritate concedenda, si extra Ro-
 manam Curiam committendæ erunt,
 committantur Ordinariis illorum, qui eas
 impetraverint. veniunt autem hic nomi-
 ne Ordinarij etiam Abbates, & alij Præla-
 ti habentes jurisdictionem, quasi Episcopalem,
 ac proprium distictum, sic Barbol.
 in cit. loc. Trident. n. 2. Deinde, quia er-
 tor, quamvis culpâ carens, non efficit, ut
 rescriptum extendatur ad easum, qui sub

Yyy 3

verbis